

niq; an utramq; pariter & statuam & hastam auream esse voluerit?

Respondet *Fonseca l. 8. instit. log. c. 5.* in cuiusvis optione positum esse, utrum velit sensum orationi tribuere, compositum an divisum. Quem vide. *Jurisconsulti* vocant *Questionem facti*, quia in talibus controversiis quæritur, quid egerint aut senserint paciscentes, aut testatores, itaq; *σχασμῶν*, & conjecturis probabilibus disceptatur.

Sic Quidam in Testamento constituit filium heredem omnium bonorum; Uxori autem Legatum his verbis continetur: *Heres meus uxori meæ vasorum argenteorum omnium pondo centum, quæ elegerit, dato.* Quæstio oritur de verbis: *quæ elegerit.* Status est ambiguus, *utri facultas eligendi competat.* Quid faciendum hîc sit, docet *Rhenius Rhetor. lib. 2. p. 133. 135.* *Scheiblerus c. 17. Tr. Syll. artic. 3.*

Huc spectant & illa: *ego posui te servum existentem liberum.* Si existentem cum *servum* jungatur, sensus est: *ego te existentem servum feci liberum.* Sin cum *liberum.*